

M

XXII

1999
A
1999



F

anf.

SS

Cento Virgilianus,

Quo

Actus Doctoralis breviter describitur ;

Honoribus

*Perquam Reverendi, Amplissimi atq;
Clarissimi Viri*

DN. IOHANNIS CON-
RADI SCHNEIDERI,
Ecclesiæ Cathedral. Halberstad.

Pastoris supremi,

*Dn. Fautoris, Compatris, ac Anteces-
soris sui multis nominibus honorandi ;*

Cum Illi

In Illustri Academia JULIA

Postrid. Cal. Octobr. M DC LXXXIV.

Doctoris in SS. Theologiâ Gradus
cum aliis Candidatis

conferretur :

Consecratus

à

CHRISTOPHORO DIETERICO STEINMANNO,
Westerb. & Rohrsh. Past.

Helmstadt, Literis Georg-Wolffg. Hammii, Acad. Typogr.



I. Argumentum Carminis.

Geor. II, 41.
Æn. XII, 29.
Ecl. VIII, 1.
V, 14.
Æn. VIII, 377
IV, 324.
II, 14.
II, 13.
Ecl. I, 53.
Æn. II, 96.
Geor. II, 175.
Æn. XI, 739.
VIII, 49.
IV, 639.
X, 668.

MÆcenas, quô non superat mihi carior alter,
Victus amore Tui, mihi iussa capessere fas est,
PASTORUM tenui meditabor arundine musam.
Carmina descripsi subito collecta, figuram
Artis opisque Tuæ, magnum & memorabile nomen,
Hoc solum nomen, virtutem, animosq; viriles
DOCTORIS memorare Tibi, atque ostendere coram
Incipiam. Fors & virtus miscentur in unum.
Hinc Tibi, quæ semper **VICINO** munera nostra
Promisi, Tibi res antiquæ laudis & artis
Ingredior, sacros ausus recludere fontes.
Hic amor, hoc studium, juvat indulgere labori.
Haud incerta cano, morem ritusque sacrorum
Perficere est animus. Cœptis ingentibus adsis
Omnipotens Genitor, rerum cui summa potestas.

Æn. XII, 639
I, 81.
Ecl. VI, 8.
Æn. XII, 862.
IV, 94.
III, 342.
VI, 716.
XII, 714.
Ecl. II, 44.
Geor. II, 174.
Æn. II, 776.
XII, 836.
X, 461.
X, 100.

II. Candidatus examinatur.

Æn. II, 40.
VI, 12.
V, 705.
VIII, 617.
IX, 49.
XI, 234.
Geor. I, 187.
Æn. X, 218.
VIII, 312.
VI, 683.

Primus ibi ante omnes, magnam cui mentem ani-
mumque
Delius inspirat vates, unum Tritonia Pallas
Quem docuit, multa que insignem reddidit arte:
Ille Dei donis, & tanto lætus honore
Improvisus adest, candentis limine Phœbi.
Ergo Concilium magnum, & Deus autor Apollo
Contemplator item, quô non præstantior alter
Ipse sedens clavum regit, atque examine multo
Exquiratque auditque virum monumenta priorum,
Fataque fortunasque viri nomenque genusque.

Æn. VI, 11.
V, 704.
VIII, 720.
VIII, 336.
VI, 164.
Geor. IV, 139.
Æn. X, 149.

Ille



Æn. X, 714.
XII, 239.
Geor. II, 52.
II, 61.

Ille autem impavidus partes cunctatur in omnes,
Jam magis atque magis manet imperterritus ille;
In quascunque voces artes, in utrumque paratus
Scilicet ac veras audire & reddere voces.

III. Candidatus disputat pro Licentiâ.

Geor. I, 134.
Æn. V, 454.
I, 266.
Geor. III, 318.
III, 112.
Æn. XI, 512.
X, 146.
Geor. II, 167.

VT varias usus meditando extunderet artes
Acrior ad pugnam redit, & vim suscitât ira
Longius, & mediis fervoribus acrior instat.
Ergo omni studio mediâ consistit arenâ.
Tantus amor laudum, tantæ est victoria curæ.
Exploratores aderant ex Urbe Latinâ,
Illi inter sese dubiis de rebus agebant.
(Hoc genus acre virûm!) si quando ad prælia ventum
est,

IV, 236.
I, 385.
Æn. I, 267.
V, 463.
IX, 723.
XI, 483.
Ecl. I, 44.
Geor. II, 436.
Æn. II, 74.
V, 245.

Illis ira modum supra est, nam sæpe duobus
Certatim incescit magno discordia motu.
Bellum ingens. Deus ipse faces animumque mini-
strat.
Sed finem imposuit pugnæ, causasque requirit
Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,
Armipotens belli PRÆSES, tum talia fatur:
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti.
Sufficiunt! (conversi animi compressus & omnis
Impetus) hortamur tantas componere lites.
Victorem magnâ præconis voce vocabat.

IV. Confirmatur Promotio in aulâ.

Æn. V, 176.
I, 744.
XII, 212.
I, 287.

Ipse gubernaculo RECTOR, fortissimus Heros,
Post alii Proceres perfectis ordine votis,
Talibus inter se firmabant foedera diâis.
Sic placitum, augustis hunc addere rebus honorem.

V. Pre.

Æn. X, 776.
II, 61.
I, 413.

Geor. III, 154.
Æn. V, 423.

XI, 100.
XI, 445.

Geor. III, 98.

IV, 67.
IV, 68.

Æn. V, 640.

V, 710.

XI, 501.

II, 73.
Ecl. III, 108.
Æn. V, 98.

Æn. VI, 169.
III, 548.

Geor. III, 290.

V. *Preces in Templo pro salute
Candidati.*

Æn. V, 293. **V**Ndique conveniunt, vocat alta in templa Sacerdos, *Æn.* VI, 41.
X, 538. Infula cui sacrâ redimibat tempora vittâ,
XII, 196. Suspiciens cœlum tenditque ad sidera dextram,
X, 153. Admonet immiscetque preces; sic forte precatur:
I, 669. Nate Patris summi, Genitor cum Flamine sancto,
VIII, 302. Et nos & Tua dexter adi pede Sacra secundo;
Ecl. v, 65. Sis bonus, o felixque tuis, nostro succurre labori.
Æn. X, 424. Audiat illa DEUS, rex omnipotentis Olympi. *VI*, 186.
VIII, 720.
IX, 404.
XII, 791.

VI. *Invitatio ad Academiæ Solennia.*

Æn. II, 715. **R**elligione Patrûm Phœbi Triviaque Sacerdos *Æn.* X, 537.
VIII, 172. Interea Sacra hæc statuit, quæ maxima semper *VIII*, 271.
VIII, 272. Dicentur nobis, & erunt, de nomine Phœbi. *VI*, 700.
I, 631. Quare agite, o juvenestantarum in munere laudum *VIII*, 273.
X, 213. Tot lecti Proceres certatim aræque Sacerdos *VIII*, 179.
IX, 778. Tandem Doctores (vos ô clarissima mundi *Geor.* I, 5.
Geor. I, 6. Lumina) quæ differre nefas, celebrate faventes. *Æn.* VIII, 173

VII. *Adeunt Collegium cum buccinis.*

Æn. I, 641. **A**t DOMUS interior regali splendida luxu *Æn.* I, 704.
I, 642. Instruitur, stratoque super discumbitur ostro. *Geor.* III, 327.
Geor. IV, 544. Post ubi nona sitim cœli collegerit hora, *Ecl.* X, 32.
Ecl. II, 13. Sole sub ardenti resonant cantare parati
Æn. VII, 615. Æreaque assensu conspirant cornua rauco.
VII, 628. Signaque ferre juvat sonitusque; audire tabarum.
Geor. II, 11. Sponte suâ veniunt dextrâ lævâque; frequentes. *Æn.* VI, 486.
Æn. VI, 337. Ecce GUBERNATOR, Sceptrumque sacerque tiaras. *VII*, 247.
IX, 173. Rectores juvenum magnâ stipante catervâ. *IV*, 136.
V, 505. Ipsi Oratores, & Phœbo digna locuti *VI*, 662.
VI, 663. Inventas aut qui vitam excoluere per artes.
V, 490. Convenere Viri, & rebus spectata juventus, *VIII*, 151.

Flos

Æn. VIII, 500. Flos veterum, virtusque virum. Longo ordine gentes
 VIII, 723. Quam variae linguis habitu tam vestis & armis.
 V, 553. Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum
 V, 302. Multi praeterea, quos fama obscura recondit.
 IX, 507. Quærunt pars aditum, & scalis ascendere muros,
 XII, 129. Utque dato signo spatia in sua quisque recessit,
 I, 166. Hinc atque hinc hæret pede pes, densusque viro vir.
 II, 1. Conticuere omnes arrectisque auribus astant.

VIII. Preces in Collegio recitantur à puero.

Æn. VII, 446. **A**T juveni oranti subitus tremor occupat artus.
 XII, 213. **C**onspectu in medio Procerum sacræque catervâ
 XII, 780. Dixit, opemque DEI non cassa in vota vocavit.
 IX, 641. Maeste novâ virtute puer: sic itur ad astra.

IX. Decanus habet orationem.

Æn. VI, 136. **A**Ccipe, quæ peragenda prius de more vetusto.
 V, 179. Jam Senior nulli veterum virtute secundus,
 V, 180. Summa petit, solio medius confedit avito;
 V, 292. Invitat pretiis animos & præmia ponit,
 VIII, 373. Incipit & dictis divinum aspirat amorem.
 X, 18. O Pater, aut quicumque oculis hæc aspicias æquis
 Tuque ades, inceptumque unâ decurre laborem.
Geor. II, 39. Nunc si cui virtus animusque in corpore prælens
Æn. V, 363. Ingenium, aut rerum fato prudentia major,
Geor. I, 416. Et vacat annales nostrorum audire laborum,
Æn. I, 377. Omnibus hîc erit unus honos, nomenque decusque.
 V, 308. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
 V, 305. Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta
 X, 104. Montibus in nostris sic famam extendere factis
Ecl. V, 8. Hoc virtutis opus, fati, fortisque futuræ.

X. Sermo Decani ad Procancellarium.

Æn. XI, 410. **N**unc ad Te, & Tua, Magne PATER, consulta rever-
 tor,
Geor. II, 277. Indulge ordinibus, atque hunc sine tempora circum

Æn. VIII, 722.

X, 361.
 I, 156.

Æn. XI, 533.

Æn. XI, 142.

XI, 441.
 VII, 169.

IX, 209.

II, 89.

X, 468.
 X, 501.

Ecl. VIII, 13.

Inter

Scl. VIII, 14. Inter victrices hederam Illi serpere lauros.
Æn. XII, 193. Imperium solenne Ducis, Tu concipe curam.
I, 82. Tu mihi quodcunque hoc regni. Tu scepra Jovemque
I, 83. Concilias. Fer Sacra PATER, & concipe foedus.
Geor. III, 42. Te sine nil altum mens inchoat. Ipsa vocat res,
I, 269. Fas & jura sinunt, quoniam est oblata facultas.
Æn. XII, 152. Tu pro Germano si quid præsentius audes,
VI, 133. Quod si tantus amor, menti si tanta cupido est,
VI, 343. Dic age, namque mihi fallax haud ante repertus.

Æn. XI, 519.

XII, 13.

IX, 320.

Geor. II, 437.

XI. Respondet Procancellarius Decano.

Æn. V, 258. **A**T, qui deinde locum tenuit virtute secundum,
VI, 116. **A**ldem ORANS mandata dabat nunc pectore firmo:
Geor. III, 73. Tu modò quos in spem statuis submittere gentis
Æn. VIII, 155. Accipio, agnosceq; libens, decorare supremis
XI, 26. Muneribus; meritæque expectant præmia palmæ.
X, 547. Dixerat ille aliquid magnum, vimque affore verbo
X, 548. Crediderunt, nihil est quod dicta retractet.
XI, 435. Idque placet. Jam nunc solennes ducere pompas.
VII, 558. Quod Pater ipse velit, summi regnator Olympi.

Æn. VI, 261.

XI, 25.

V, 70.

XII, 11.

Geor. III, 22.

XII. Candidatus præstat juramentum.

Æn. I, 61. **S**Ceptra tenens veniã & verbis hæc insuper addit:
Geor. I, 338. **S**In primis venerare DEUM, sanctumque Senatam,
Æn. VIII, 350. Accipe daque fidem famæ venientis amore.
X, 251. Tum breviter supera aspectans convexa precatur
XI, 489. Tempora nudus adhuc, sic ore effatus amico est:
VIII, 169. Ergo & quam petitis, juncta est mihi foedere dextra
IX, 260. Obtestor, quæcunque mihi fortuna fidesque est.
XII, 200. Audiat hæc Genitor, qui foedera fulmine sancit.

Æn. XI, 107.

I, 430.

VI, 889.

III, 463.

XIII. Decanus Candidatum promovet in Doctorem.

Geor. II, 259. **H**Is animadversis, nunc quã ratione quod instat
Æn. IV, 116. **H**Confieri possit, paucis, adverte, docebo.

Æn. IV, 115.

Ipsis



AEn. V, 249. Ipsis præcipuos DOCTORIBUS addit honores
IV, 378. Interpres Divûm, cunctis ex more vocatis.
I, 17. Insignem pietate virum, ex æqualibus unum
XI, 821. Alloquitur sacrâ redimitus tempora lauro.
VI, 465. Siste gradum, teque aspectu ne subtrahe nostro
Ecl. IV, 48. Aggredere & magnos, aderit jam tempus, honores.
AEn. V, 540. Et primùm ante omnes DOCTOREM appellat, &
 omnem
IX, 655. Concedit laudem. Certissima signa sequuntur.

*XIV. Decanus novo Doctori in superiorem
 Cathedram vocato dat librum, pileum,
 anulum & complexum cum gratula-
 tione.*

Geor. III, 305. Hæc quoque non curâ nobis levioꝛe tuenda,
AEn. II, 715. Relligione patrum multos servata per annos.
VIII, 457. Confurgit Senior (poteris cognoscere signis)
Geor. II, 9. Principiò notis compellat vocibus ultrò :
I, 142. Alta petens nostris succede penatibus hospes
AEn. III, 486. Accipe & hæc, manuum tibi quæ monumenta mearum
VIII, 486. Componens manibusque manus, atque oribus ora.
V, 532. Muneribus cumulat magnis, rebusque secundis
IX, 310. Prosequitur votis, tunc facta silentia linguis.
I, 699. Jamque ibat dicto parens statione relicta
XII, 902. Altior insurgens & cunctis altior ibat.
VII, 689. Tegmen habet capiti, croceo velamen acantho.
VIII, 619. Miraturque interque manus & brachia versat,
Ecl. I, 52. Et fontes sacros, & sancta Oracula Divûm.

XV. Puer questionem proponit Doctori.

AEn. IX, 181. Ora puer primâ signans intonia juventâ
VII, 496. Ipse etiam eximia laudis succensus amore
I, 313. Quarere constituit, verbisque hæc insuper addit :
Geor. IV, 329. Quin age, & ipse tuos volui exercere labores,
AEn. VIII, 519. Lecta dabo veterum volvens monumenta virorum.
VI, 672. Atque huic responsum paucis ita reddidit heros.

AEn. V, 244

XI, 820

III, 81

III, 312

Geor. I, 439

Geor. I, 398

AEn. VI, 499

VIII, 123

IX, 301

XI, 241

IX, 222

VIII, 162

I, 653

VIII, 131

AEn. XI, 107

VIII, 378

III, 102

Tunc



XVI. Gratiarum actio Doctoris in Collegio.

Æn. VIII, 154
I, 669.
VIII, 201.
I, 254.
XI, 179.
I, 605.
Geor. IV, 240.
Æn. VIII, 78.
III, 409.
VIII, 541.
Tunc sic pauca refert longa cum veste Sacerdos
Nate Patris summi Phœbææ lampadis instar
Auxilium, adventumq; DEI, mea sola & sera voluptas,
Nos Tua progenies, cœli quibus annuis arcem;
Quas debere vides grates persolvere dignas
Non opis est nostræ, nostro succurre labori
Contusosque animos & res miserabere fractas.
Adsis ô tandem, & propius Tua Numina firmes,
Hæc casti maneat in religione nepotes.
Hæc ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto.

XVII. Promotus Doctor benedictionem accipit in Templo.

Æn. X, 1.
I, 423.
I, 424.
VIII, 679.
Panditur interea Domus Omnipotentis Olympi
Jamque ascendebant collem, qui plurimus Urbi
Imminet. Ipse uno graditur comitatus Achate
Cum Patribus populoque, aris imponit honorem.

XVIII. Convivium in domo Decani.

Æn. VIII, 306
VIII, 307.
IX, 165.
IX, 752.
VIII, 280.
XII, 696.
Exin se cuncti divinis rebus ad Urbem
Perfectis referunt, læti convivia curant.
Indulgent vino, juvat indulgere choreis.
Fit sonus. Ingenti sonuerunt omnia plausu.
De vexo interea propior fit vesper Olympo,
Discessere omnes medii, spatiumque dedere.

XIX. Gratulatio.

Geor. II, 346.
II, 41.
Æn. III, 462.
VI, 546.
IX, 211.
IV, 385.
III, 395.
VII, 273.
Quod superest, votis jam nunc assuesce vocari,
Mæcenas, famæ meritò pars maxima nostræ;
Vade age, & ingentem factis fer ad æthera famam.
I Decus i nostrum: melioribus utere fatis.
Si quis id adversum rapiat casusve Deusve,
Et cum frigida mors animâ seduxerit artus,
Fata viam invenient, animos, viresque secundas:
Et reor, & si quid veri mens augurat, opto.

Æn. VI, 645.
III, 637.
VIII, 581.
I, 604.
IX, 404.

Æn. I, 316.
I, 53.

Geor. I, 501.
Æn. IX, 615.
V, 506.

Geor. I, 42.
II, 40.
IV, 286.

II, 617.

F I N I S.

99 A 6919

ULB Halle

3

002 631 202



Sl.

Reho. ✓

VD17



DISP





52.

Cento Virgilianus;

Quo
Actus Doctoralis breviter describitur;
Honoribus

Perquam Reverendi, Amplissimi atq[ue]
Clarissimi Viri

DN. IOHANNIS CON- RADI SCHNEIDERI, Ecclesiae Cathedral. Halberstad.

Pastoris supremi,
Dn. Fautoris, Compatri, ac Anteces-
oris sui multis nominibus honorandi;

Cum Illi
In Illustri Academia JULIA
Postrid. Cal. Octobr. M DC LXXXIV.
Doctoris in SS. Theologia Gradus
cum aliis Candidatis

conferretur :
Consecratus
à

CHRISTOPHORO DIETERICO STEINMANNO,
Westerb. & Rohrsh. Past.

Helmstadt, Literis Georg-Wolffg. Hammii, Acad. Typogr.

